

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1676

Autre(s) référence(s) : Fauroux 234 / Tabuteau 274 / ARTEM *1934

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : [1082-1087]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, « prince de Normandie », confirme les donations faites au monastère de Saint-Wandrille par ses prédécesseurs, son aïeul Richard II et son père Robert, du temps des abbés Gérard et Gradulphus :

Les églises de Brionne et les dîmes de ses terres données par Guillaume d'Arques moyennant seize onces d'or, versées au duc. Les églises de Chambois, Courbépine, la dîme de Bosguérard, la moitié de Bethencourt, les églises de Longueil, don de Gérard Flaitel et de ses fils l'évêque Guillaume, Anscherius, Robert et Albert ; trois hôtes à Saint-Aubin[-le-Cauf], don d'Oilardus ; la dîme de [Notre-Dame] de Gravenchon, don de Gautier Giffard ; une part de la forêt dite Alboldi cripta, la terre de Butot ; le fief d'Ansfredus d'Yvetot ; la terre d'Hugues l'évêque à Butot et Bennetot ; des biens à Carloville et Gueutteville ; le Bois Mègle donné par Osbernus Olifantus ; des biens à Esneval ; le fief de Raoul Dancel, des biens à Pirosa ; Brémontier, don de Garnier ; l'église de Guilmécourt ; la terre de Lébécourt, avec la forêt ; les églises de Guitry ; une terre et l'église à Denestanville ; Danihelval ; une terre à Louvetot ; des terres à Véral, Grainville[-la-Teinturière], Cressenville, Maisnil Goyslani ; trente-trois arpents de terre à Aubevoie, don de Guillaume [d'Arques(?)] ; les églises de Rânes ; Carcuit, une partie de Montérolier et de Critot, données par Osbernus.

Les cinq églises de Cotentin données par le duc à Saint-Marcouf, Saint-Germain et Saint-Martin de Varreville, Sainte-Honorine d'Audouville et Notre-Dame de Poupeville ; l'église d'Arques et deux autres églises qu'en dépendent à savoir l'église de Saint-Aubin avec les dîmes de Noville, l'église de Bouteilles et Fraignes.

Le duc reconnaît que le monastère de Saint-Wandrille et ses quatre églises de Caudebec, de Sainte-Gertrude, de Rançon et de Saint-Michel, est exempté des coutumes épiscopales et du paiement des droits aux archidiacons (archidiaconorum gravatione).

Transcriptions sous forme de notices des libéralités suivantes : l'alleu de Glicourt a été donné par Bauduin Filleul ; l'île de « Belcinac », les églises de Vatteville et de Brotonne, la dîme du gibier et des coutumes de la forêt de Brotonne par Guillaume d'Arques ; plusieurs hommes et leurs terres, la mouture de Baons et de Veauville[-les-Baons] par Guillaume fils d'Osbern ; les coutumes de Butot par Guillaume le Bâtard ; Ticheville, le Breuil[-en-Auge] sur la Touque, et la Croisille-sur-le-Rouloir, par la moniale Imma ; la dîme de Beaunay par Raoul fils d'Anseret (qui reçut en échange la terre de Bettécrot) ; les droits d'usage dans le bois autour de Saint-Wandrille ont été concédés par Richard comte d'Évreux ; la terre d'un chevalier a été octroyée par Goisfredus de Hugleville, moyennant trois livres de deniers ; Robert, fils d'Erneys a donné à Saint-Wandrille, avec la confirmation de Guillaume le Bâtard, la dîme des églises de Saint-André et de Saint-Martin de Fontenay. Il s'est engagé à y ajouter l'emplacement d'une maison et d'une grange dîmeresse en sa forêt de Cinglais.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 40, p. 90.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 234, p. 449-453.

Indications

Léonard Émile-Gaston, *Les plus anciennes chartes originales d'histoire normande ou anglaise de la Bibliothèque Nationale, Normannia* n°4, 1935, n° 9, p. 430.

Dissertation critique

Cette pancarte comporte plusieurs actes dont le plus tardif est un jugement de 1082. Sa rédaction se place donc entre 1082 et 1087 (la mort de Guillaume le Conquérant). Voir FAUROUX, p. 450.

Texte établi d'après b

Quoniam decet clementiam principum dignanter auscultare clamorem pauperum et studiose causas agere Deo famulantium, idcirco ego WILLELMUS Dei gratia Normannorum princeps, diligenter consideratis Fontanellensis cœnobii privilegiis, suggerente GIRBERTO abbate, jussi omnia in unum colligere, quæ sub diversis cyrografis habentur de SANCTI WANDREGISILI possessionibus, quia cartæ quæ plures numero sunt facile aut negligentia sepe perduntur aut fraude malignorum furtim subtrahuntur. Igitur hæc omnia que subter scripta sunt a temporibus antecessorum meorum, RICHARDI et ROBERTI comitum, GIRARDI et GRADULFI abbatum, usque ad nostra tempora ad Fontanellense monasterium legitimo jure probantur pertinere, sicut investitura et multorum fidelium testimonium docet, quæ et ego mea auctoritate corroboro et confirmo et, consilio et auctoritate episcoporum et abbatum meorum æterno anathemate ferio eos omnes qui inde aliquid fraudaverint aut per violentiam alienaverint, quatinus fratres sub patrocinio WANDREGISILI atque VULFRANNI ibi Deo servientes suis orationibus et meritis sanctorum familiaris Deum nobis propitium fatiant, ut ego et conjunx ac liberi nostri pacatam vitam agamus et transeamus per bona temporalia ut non amittamus æterna.

Igitur hæc omnia que superius notificata sunt quæ Richardus avus meus et pater Robertus sua auctoritate et signo confirmaverunt et ego confirmo, hæc etiam quæ secuntur quæ postea monasterio addita sunt auctorizo : æcclesiæ de Brionna cum omnibus omnino decimis terrarum, aquarum et silvarum atque venationis date sunt a comite Vuillelmo SANCTO VUANDREGISILO unde accepi .XVICim. untias auri ; æcclesias quoque de Cambaco cum terris clericorum, Curbam Spinam cum molendino, pratis et silva, sed et decimam de Bosco Gerardi et terram, necnon et terram mediam de Betthonis curte cum tota aqua et duobus sedibus molendinorum, æcclesias quoque de Longo illo dedit Gerardus et filii ejus Vuillelmus episcopus, Anscherius, Robertus, et Albertus ; Oilardus quoque tres hospites in Sancto Albino pro Goisfredo modo concessit ; Vualterius Gyfardus, decima de Cravencione, cum consensu Richardi, et partem silvæ id est Alboldi criptam, et terram de Butetot, id est Laudonis militis ; Aschelini Pelicani totum honorem ; sed et honorem Ansfredi de Ivetot, terram quoque Hugonis episcopi de Butetot, Lantberto et Hugone fratre ejus consentientibus et in Brunetot ; itemque Hugonis filii Goysfredi quam tenebat in Carlevilla et Guttevila ; Boil Mesga et quam tenebat Osbernus alterque Osbernus Olifantus et terram Rodulfi filii Scaelesti et fratrem ejus et Roberti filii Vualonis ; molendinum quoque in Vuesneval et duo arpenta terræ pro quibus dedimus .XL. libras ; et totum honorem Rodulfi Dancelli ; et centum acros in Pirosa, et viginti .IIIIor. de Hugone de Cantiano et de Valterio .XVICim. acros ; sed et Bracum monasterium, dono Vuarnerii ; æcclesiam quoque de Guslemercurt cum terræ parte aliqua ; et terram Libecort cum silva ; et æcclesias de Clitriaco cum terra et pratis, et terram Gotscelini de Dunestam villa et ecclesiam, id est suam partem, et Danihelval, et terram Osmundi de Anshetelvilla in Luvetot, terram Vualt, Giroldi et Normanni in Werelvuast, Grinvillam et Crescentis villam et Maisnil Goyslani, et .XXXIIIa. arpenta de Vuillelmo in Albavia ; æcclesias etiam de Rada[n]na cum terra trium hospitem, terram quoque de Carquiet quam dedit Osbernus modo et suam partem de Monasterio Odilerii et de Cristot.

Vuillelmus comes dedit Sancto Vuandregisilo æcclesias sitas in maris Constantini pagi preripio, .V. numero, quarum hæc sunt nomina : æclesia Sancti Marculfi ex integro cum beneficio Hugonis Paisfolet, quod ipse ibi tenet et Sancti Germani et Sancti Martini de Vuathredivilla et Sanctæ Honorinæ de Aldulfi villa et Sancte Mariæ de

Cupivilla, cum decimis et terris eorum et cum unaquaque æcclesia unum hospitem et omnem omnino decimationem eorum quæ a[d]meum dominicatum pertinent et preter hæc alium hospitem, Rolun nomine, in parrochia Sancti Germani ; æcclesiam quoque quæ dicitur Archas et totam terram quæ ad ipsam pertinet et æcclesias quæ pertinent ad illam, id est æcclesiam de villa quæ dicitur Sancti Albini et decimas de Not villa pertinentes ad ipsam et æcclesiam que dicitur Buteculas et Fraignes.

Quadam etiam speciali dignitate Fontanellense monasterium ab omni episcopali costuma et archidiaconorum gravatione in quattuor suis æcclesiis, id est Caldebec, Sancta Gertrude, Resencium et Sancto Michaeli, ab antecessorum meorum temporibus semper tenuit et tenet absolutionem, hoc tantum excepto quod Sancti Michaelis parrochianus presbyter in sinodo debet sedere et æcclesiasticæ utilitatis instituta audire et cæteris tribus ad observandum renuntiare, liber tamen ab omni interrogationis et responsionis vel emendationis quæstione. Nam si quid in his .IIIor. æcclesiis culpa repperitur, ad Fontanellensis abbatis censuram pertinere jure antiquo probatur. Hanc libertatem concedo et auctorizo +.

Balduinus cognomento Filiolus alodum suum, Gliscors dictum, per manus Vuillelmi comitis et Vuillelmi patruus ejus, Sancto Vuandregisilo dedit ut perpetualiter in fratrum usibus ejusdem sancti loci permaneat et proficiat et sub interminatione divini iudicii atque imprecatione dampnationis æternæ prohibuit, ut nulli mortalium per succedentia tempora neque in beneficio neque pro pretio tribuatur omnino.

Vuillelmus comes, filius Richardi Normannorum ducis, dedit Sancto Vuandregisilo, vel potius reddidit, insulam in flumine magne Sequane sitam quæ antiquo nomine vocatur Belcinnaca, ubi sacer Christi confessor CONDEDUS a partibus transmarinis eo adventans, ut creditur, jussione divina in sancta conversatione aliquamdiu Deo militans, heremiticam vitam, remotus a secularium tumultibus, hominum duxit virtutibus plenam ac miraculis gloriosam ; æcclesias etiam Vuatthville et Brotonii, necnon omnem decimam que de silva ejusdem nominis videtur exire scilicet de cervis et apris et de omni venatione, necnon et de omnibus consuetudinibus, accepta .XIIcim. librarum pretii quantitate a pie memoriæ Gradulfo abbate.

Vuillelmus, filius Osberni pincernæ, dedit Sancto Vuandregisilo quosdam homines cum terris suis quorum hæc sunt nomina : Ursellum cum terra sua, filios Vuerelli de Monte cum terra sua, Vuerellum Rufum cum terra sua, filios Durandi cum terra sua, Rodulfum filium Scelesti cum terra sua, fratres quoque ejus, Robertum atque Berengerium, cum terra sua, preterea molturam des Bans et de Vuivel villa cum omnibus ad eundem Vuillelmum pertinentibus et in francis et in rusticis.

Vuillelmus, comes Normanniæ, dedit Sancto Wandregisilo quæque consuetudinum de Butetot ad eum pertinent, et quietam esse jussit ab omnibus.

Enima monialis tradidit in loco Fontanellensi duas villas super Tolcam fluvium sitas, quarum una vocatur Tegis villa et Broil altera, cum molendinis et pratis, nemoribus et omnibus earum appenditiis. Tradidit etiam aliam villam nomine Crusillam super Elesmam fluvium sitam cum molendino et aquarum decursibus et omnia ad eandem villam pertinentia.

Rodulfus filius Anseret hanc conventionem fecit cum abbate Gyrberto quod ipse Rodulfus dedit Sancto Wandregisilo et ei famulantibus decimam quam habet in Belnai, duas scilicet partes, tertiam vero habebit presbyter, servitium tamen erit ipsi Rodulfo. Si vero contigerit ipsum mori presbyterum, vel vivente eo succedere aliqua occasione in loco ejus alium, redemptio æcclesiæ erit abbatis et fratrum. Cui dedit dominus abbas, per commutationem, terram quæ vocatur Bettecrot, eo scilicet tenore ut antequam moriatur sic decimam cum alio beneficio adaugeat ut duplo ipsam terram valeat ; si vero heredem ex propria conjugate habuerit, ipse heres terram Bettecrot in beneficio habebit et ipsum duplum sancto loco remanebit ; si sine herede ex propria conjugate mortuus fuerit, ipsa terra Bettecrot cum duplo illo beneficio ad locum remanebit. Mulier etiam ejus Gerberga nomine in hac conventionem eo tenore soror fratrum in orationibus facta est ut si ipsa supervixerit Rodulfum maritum suum, ipsa terra Bettecrot in beneficio habebit, quamdiu tamen a marito se continuerit. In qua etiam conventionem cum consensu Rodulfi mariti sui, omne dotarium suum, quod de alodo ipsius Rodulfi, ex hac parte Sequane accepit, Sancto Wandregisilo perpetuo jure tradidit, et utrique post mortem suam omnem rerum suarum substantiam Sancto Wandregisilo largiti sunt.

Preter hæc volumus cunctis notificare quod in bosco circa nos sito eam consuetudinem habemus ut, quotiens de eo quicquam facere voluerimus, prius dominum, id est Richardum comitem Ebroicensem, pro hoc rogabimus et per eum accipiemus. Si autem longe fuerit, forestarios et custodes silve rogabimus quod si annuerunt et nobis dederint accipiemus. Si vero dare noluerint vel ipsi, vel dominus eorum comes Richardus, nos minime eo carere bosco possumus quin quod sufficiens fuerit semper accipiemus et absque culpa hoc idem fatiemus. Simili modo consuetudinem habemus in omni silva comitis dicti Richardi, que proxima est ortis, culturis et ceteris terris nostris, ut si alicui vendere voluerit nullius pecuniam accipiat nisi nostram. Hanc autem consuetudinem habemus ab antiquis temporibus.

Goisfredus de Hogle villa dedit Sancto Wandregisilo terram cujusdam militis sui Alveredi, acceptis pro ea .IIIbus. libris denarii.